



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

Sectio Prima. De Eucharistia Sacramento, receptiores sine lite Sententiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80513](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80513)

LIBER XX. EVCHARISTIA SACRAMENTVM.

EVCHARISTIA & Sacramentum est, & Sacrificium. Hæc Tractatio Eucharistiam, quatenus Sacramentum est, exponet. Circa cuius doctrinam multipliciter aberrarunt Hæretici, multiplexque Theologia obuersatur, Scholastica, Positiua; Moralis, Controuersa. Cum verò mei sit instituti, Moralem suscipere explicandam, reliquas decisiones, vel suppono, vel omitto, vel præstringo.

SECTIO PRIM A.

De Eucharistiâ Sacramento, receptiores sine lite Sententia.

CAPVT I.

De Eucharistiâ secundum se.

EVCHARISTIA Græcè significatidem quod Latine *Gratiarum actio*, vel, *Bona gratia*: tamen Ecclesiæ vsu accommodatum iam est hoc vocabulum, ad significandum vnum illud Sacramentum ex septem, quod ad spirituales vitam nutriendam est institutum. Cum autem hoc Sacramentum multa contineat, variis aliis nominibus insignitur. Dicitur à significatione *Mysterium*, *Placitum*, *Consummatio Sacramentorum*. A re contentâ, *Corpus*, & *Sanguis Domini*, *Sacramentum Corporis ac Sanguinis Christi*, *Caro Domini IESV*. A materiâ, *Panis vite*, *Panis vinctus*, *Panis Dei*, *Panis de Cælo descendens*, *Cibus verus*, *spiritualis Esca*, *Communium Dominicum*, *Cæna Domini*. Ab effectu, *Mortis antidotum*, *Pharmacum immortalitatis*, *Fons bonorum omnium*. Ab vsu *Pax Christi*, *Synaxis*, quia Christi fideles per Eucharistiam vniuntur. D. Thom. 3. pars. quest. 77. art. 4. Tolet. lib. 1. cap. 30. Filliuc. tractat. 4. cap. 1. Reginald. lib. 29. num. 1. Henriquez lib. 8. cap. 1.

De fide est, Eucharistiam esse verum, ac proprium novæ legis Sacramentum, cui convenit Sacramenti definitio. Quia est sensibile signum ad nostram sanctificationem institutum; gratia enim 1. cor. 6. promittitur: exhibitio autem promissionis *Marth. 6*. Fuit verò conveniens Evangelicæ legi periculisissimæ, ut tam Augusto Sacramento dogaretur: nam Christus Dominus est verus animarum cibus, ac propterea maximè decuit, ut quemadmodum cibus reficit corpus

mediâ quadam reali vniione cum ipso viuente: ita Christus modo quodam ineffabili præsens adesset, ut per modum cibi, ac potus nobis realiter coniunctus, nos spiritualiter reficeret, & in se quodammodo transformaret. Concil. Florent. instr. Armen. Trident. sess. 7. c. 1.

In vltimâ Cæna illius noctis in qua traditus fuit in mortem Christus hoc Sacramentum instituit *Matth. 26*. in finem, quia à Tridentino sess. 13. cap. 2. dilucide traditur.

Institutum est hoc Sacramentum die 14. Lunæ Martij ad illius diei vespertam, & principium diei 15. Quia institutum fuit primo die Azimorum, quo Christus Dominus agnum Paschalem cum suis Discipulis comedit, ut manifestè ex *Matth. 26*. colligitur. Primo die Azimorum accesserunt discipuli ad IESVM dicentes: *Vbi vis paremus tibi comedere Pascha?* Suar. d. 1. fest. 1. Vsq. d. 172. Coninch quest. 74. art. 4. dub. 1.

Christus Dominus Eucharistiam instituit post Cænam legalem, post pedum lotionem, ut signaret, ad hoc Sacramentum excipiendum summam opus esse præmitti puritatem. D. Thom. Euthym. Lyra. Bernard. Damasc. apud Suar. tom. 3. in 3. p. 9. 73. d. 41. sect. 4.

Perfecto Eucharistiâ est Sacramentum Corporis & Sanguinis Christi sub speciebus panis & vini ad spirituales animarum refectiorem & unitus definitio. Ex qua definitione constat, Sacramentum hoc fuisse à Christo Domino institutum, ut definitur ab Innoc. III. cap. *Firmius de sum. Trin. & fide cathol.* & ab Eugen. IV. in decreto fidei.

Deinde constat, ad illius intrinsecam constitutionem tum species panis & vini, tum Corpus & Sanguinem Christi continere. Species quatenus Corpus & Sanguinem Christi continent; Corpus Christi.

EVCHARISTIA
Theol. Mor.
Tom. II. IV.
E. IV.

32 Theologiae Moralis Lib. XX.

Corpus & Sanguinem Christi ut sub speciebus panis & vini continetur. Quia sub hac ratione fumentem reficiunt: neque enim sola species, neque Corpus Christi nisi sub speciebus contentum animae cibis sunt. Nec species à Christo separata adorari possunt latius Adoratione. Neque Christus seclusis speciebus est nobis sensibile signum. Denique transubstantiatione (quae est conuersio vnius substantiae in aliam substantiam sub eisdem accidentibus) hoc Sacramentum, teste Trident. sess. 13. cap. 3. conficitur. At si destructa panis & vini, loco illius substantia Corporis ac Sanguinis Christi non succederet, transubstantiatio non esset. Ergo hoc Sacramentum essentialiter speciebus panis & vini Corpus ac Sanguinem Christi continentibus constat. Coninch *quest. 73. art. 1. dub. vnic. n. 20. Valsq. d. 167. c. 3. & 5. Laym. lib. 5. tr. 4. c. 1. concl. 2. Suar. d. 42. sect. 2.*

8 Verba Consecrationis non sunt forma intrinseca, & causa illius efficiens: ipsaque consecratio actio est, quae ipsum Sacramentum conficitur. Quia verba & consecratio transeunt, Sacramentum verò perseverat. Sumptio verò specierum Sacramentum non est, sed Sacramenti applicationem. Quia sumptio non sanctificat, sed cibum sanctificantem applicat. Bonac. d. 4. *quest. 1. punct. 1. num. 6. Valsq. d. 167. c. 3. num. 26. Laym. lib. 5. tr. 4. c. 1. concl. 3.*

9 Est omnium Sacramentorum perfectissimum. Quia continet realiter Christum Dominum, qui in aliis Sacramentis non continetur. Et quia alia Sacramenta solum habent vim fideles sanctificandi, cum actu sumuntur: at in Eucharistia ipse sanctitatis Auctor ante vsum adest, idcircoque solummodo huic Sacramento latius debetur adoratio. Trid. sess. 7. can. 3. & sess. 13. cap. 3.

10 Corpus & Sanguis Christi sub speciebus panis & vini vnum integrum ac perfectum Sacramentum, non plura, constituunt. Quia si Corpus Christi contentum sub speciebus panis per se & adaequate esset distinctum Sacramentum à Sacramento Sanguinis sub vini speciebus contenti, non septem, sed octo essent Sacramenta. Vnde verò haec sumatur vnitas, cum signa sint physice omnino distincta, apud D. Thomas *quest. 73. art. 2. expressit*, illam desumens non tam ex re significata, quam ex significatione. Quia cum Sacramentum in genere signi formaliter constituitur, necessario Eucharistia ut vnum Sacramentum sit, & non plura, vnicum signum completum, & perfectum esse debet: & non plura.

CAPVT II.

De Eucharistiae Materia.

11 EMOTA Eucharistiae Materia est Panis & Vinum. Colligitur ex *Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. Corin. 11.* Definitor in Trid. sess. 13. cap. 1. Florent. in decreto fidei *p. 1. vlt. sess. 5. Tertium est. & Lateran. cap. Firmiter, de sum. Trinit. & fide Cathol.* Congruentiae huius institutionis ex dignitate tanti Sacramenti, & eius effectibus desumi debent. Nam & con-

uiuim nobis paratum ad vitam inuinit, & fidelium vnionem à facerrimo epulo representat.

Panis debet esse triticeus. Quia hic solus est, qui absolute & simpliciter panis appellatur: alij cum addito. Vnde Panis ex mylo, castaneis, maiz, leguminibusque confectus, haud est Eucharistiae materia; quia non est panis vsualis. Sic omnes.

Aqua naturali debet Panis hic confici. Quia hic est Panis vsualis. Vnde confectus ex melle, lacte, oleo, aqua rosacea vel similis haud est aptus ad consecrationem. Quia non est Panis vsualis; sed placenta. Coninch *ad quest. 73. D. Thom. art. 3. num. 48. Valsq. d. 170. cap. 4. n. 25. Bonac. d. 4. q. 2. punct. 1. num. 3.*

Massa antequam igne torreatur non est Sacramenti huius materia. Quia licet non differat specie à pane cocto, tamen à panis vsualis ratione differt, qui quidem fuit à Christo Domino pro materia institutus. D. Thom. *quest. 73. art. 3. Bonac. d. 4. quest. 2. punct. 1. num. 3. Laym. lib. 5. tr. 4. c. 2. concl. 3.*

Quid si granis triticeis alia diuersa misceantur, vel aquae naturali extraneus liquor? Si extranea materia naturam superet, mixtum est consecrationi ineptum; si propria materia extraneam vincat, aptum erit huiusmodi mixtum consecrationi valida. Quia absolute panis est vsualis: graue tamen piaculum consecrans patrabat aduersus debitam huic Sacramento puritatem. Laym. lib. 5. tract. 4. c. 2. Bonac. d. 4. q. 2. punct. 1. n. 4. Valsq. d. 170. c. 4. n. 26.

Peccatum graue erit, consecrare in Pane, qui iam incipit transmutari, & corrumpi: & in Vino, quod incipit aclescere. Quia & est contra debitam huic Sacramento puritatem, & contra illius institutionem. Henric. lib. 3. cap. 9. Bonacin *d. 4. quest. 2. punct. 1. num. 5. ex D. Thom. quest. 74. conclus. 6. art. 7. ad 3.*

Esse azimum, vel fermentatum panem non est de necessitate Sacramenti. Definuit expressè Florent. in decreto de Armen. §. 3. Quia verumque panis est vsualis. Conuenientior autem azimus, quia in certa ferè sententia Christus Dominus consecrauit in azimo; siquidem post vsum agni Paschalis, in quo non licebat pane uti fermentato, Eucharistiam instituit. D. Thom. q. 74. art. 4.

De necessitate praeccepti Ecclesiae Latinae Sacerdos in Ecclesia Latina tenetur in azimo consecrare: Graecus verò in Ecclesia Graeca in fermentato. Florent. praefato decreto §. 2. vt D. Thom. *quest. 74. art. 4. annotauit.*

Sacerdos Latinus iter agens per Ecclesiam Graecam, & Graecus per Latinam suae Ecclesiae consuetudinem potest retinere: consultius tamen illius, qua transit ritus obseruabit Ecclesiae, ea potest in Bonac. d. 4. quest. 2. punct. 1. n. 9. Coninch qu. 74. art. 4. dub. 2.

Materia Sacramenti Sanguinis est Vinum de vite, & nullum aliud. Luc. 22. Definitor in Florent. decreto fidei §. 4. Vnde liquores ex pomis malo grapatibus haud possunt consecrationi deferui. Quia absolute vinum non sunt.

Vinum debet ex vuis esse expressum. Quia dum mustum intra botrum est, per se potari non potest: neque est aptum, ut aqua misceatur. Coninch q. 74. n. 123. Laym. lib. 5. tract. 4. c. 2. concl. 4. Suar. d. 45. sect. 1. Bonac. d. 4. q. 2. punct. 2. n. 9.

Liquor

Sectio I. Eucharist. Recept. Sententiæ. 33

22 Liqueor expressus ex vuis maturis, qui Mu-
stum vocatur, materia est consecrationis. Quia
absolutè est vinum. At absque virginti causâ
grave peccatum esset eâ indecenti vti materiâ.
Valq. d. 173. c. 1. num. 7. Bonac. d. 4. q. 2. p. m. 2.
n. 3. Laym. lib. 5. tr. 4. c. 2. assert. 5.

23 Accum non est consecrationis materia, esto
ex vino fiat. Quia in aliam naturam à vino est
transmutatum. Pius V. Rubr. de defet. in Mis-
sa occur. præcipit Sacerdoti reperienti tempore
consumptionis, consecrasset in aceto, vt vinum
apponar. & de nouo consecraret. Et Gregor. XIII.
imperauit deleri Glossam in c. 2. de consecr. dist. 2.
asserentem accum esse consecrationis materiam.
De quo sermo recurret.

24 Sapa, Hispanicè *Arropè* haud est consecra-
tionis materia. Quia in aliam materiam à vino
credetur defecisse. Idem asserto de vino cocto.
Hispanè *Aqua ardiente*. Lota Hispanè *Aqua*
pie, liquor, qui ex vuis iam expressis, mixta aqua,
conficitur, à materiâ consecrationis excluditur.
Quia non est vinum, sed aqua temperata. Erit
tamen materia, si in minima quantitate mixtio
contingat: sed graue piaculum, in ea consecrare.
Valq. d. 173. c. 1. n. 8. Suar. d. 45. sect. 1. Bonac.
d. 4. q. 2. p. m. 2. n. 7.

25 Debet Vinum Aquâ misceri antè consecra-
tionem, ex perpetuâ traditione Ecclesiæ. Quia Chri-
stum Dominum sic fecisse creditur. Et quia ex
eius latere Aqua simul cum sanguine effluxerit.
Et quia vniopoli fidelis cum suo Capite Chri-
sto figuratur. Bellarm. lib. 4. de Eucharist. ca-
pite 10. & 11. Suar. d. 45. sect. 2. Lege Trident.
sess. 22. cap. 7.

26 Potest hæc Aquâ mixtio fit non ex necessitate
Sacramenti, sed præcepti. Florent. in liter. union.
Quia Concilium affirmans materiam huius Sa-
cramenti esse Panem triticum & Vinum de vi-
te, nullam admiscendæ Aquæ gerit mentionem.
At si vinum necessariò deberet esse, sicut debet
esse oleum mixtum balsamo pro materiâ Con-
firmationis, Concilium assignans huiusce Sacra-
menti materiam, exprimeret esse vinum aquâ im-
mixtum, sicut expressit in Oleo pro materiâ Con-
firmationis.

17 Aqua vino miscenda debet esse in minori
quantitate. Quia aliàs mixtum æquè aqua esset,
& vinum. cap. Perniciosu, de celebr. Missar. Con-
cil. Florent. in decr. fidei, §. 3. dicit, modicissimam
aquam esse miscendam: idèquè Romana: Ec-
clesiæ consuetudo seruanda, quæ octies, vel de-
cies plus vini apponit: tamen non sit in hac
parte scrupulosè agendum.

28 Mixtio hæc necessariò gerenda tempore sacri-
ficij ab ipso Sacerdote, aut à Diacono vel Sub-
diacono in Missis solemnitioribus. Quia sacrifi-
canti præcipitur hæc mixtio, vt ceremonia quæ-
dam sacra ad sacrificium pertinens, tum ob vni-
tatem Christi, tum ob significationes, quas habet.
Valq. d. 177. cap. 2. n. 18. Bonac. d. 4. q. 2. p. m. 4.
num. 2. & 5.

29 Tenetur Sacerdos non solum tempore sacri-
ficij, sed antè oblationem hanc mixtionem face-
re: aliàs grauior contra consuetudinem Eccle-
siæ delinquet. At si ex obliuione aut negligen-
tiâ mixtionem omiserit, & id aduertat antè con-
secrationem, debet eam facere necessariò. Quia
adhuc viget præceptum miscendi aquam vino.
Potest si facta iam consecratione, Sacerdos ad-

uertat, haud est iam aqua miscenda. Quia San-
guini Christi nihil extraneum debet admisceri.
Suar. d. 45. sect. 3. Coninch q. 74. art. 8. num. 142.
Bonac. d. 4. q. 2. p. m. 4. n. 5.

Minister ad consecrationem debet saltem vir-
tualem Intentionem habere. Quia Intentio mi-
nistri Sacramento est necessaria. Quæ quidem In-
tentio debet esse circa materiam determinatam,
quæ pronomine *Hoc*, vel *Hic* signari possit. Quia
materia & forma Sacramenti secundum Ministri
intentionem operantur. Si igitur intentio deter-
minata non est, non possunt effectum determi-
naturum sortiri.

Deinde requiritur ad consecrationem, vt ma-
teria consecranda sit Sacerdoti præsens, vt eam
pronomine *Hoc*, vel *Hic* possit demonstrare, ac
sensu percipere. Quia aliàs morali, ac humano
modo ei præsens non erit. Cui præsentia non
obest, quod in aliquo vase, aut linteo contineat-
ur. Quia ratione continentis contentum ei
præsens est. Haud sic, si retro parietem, vel lin-
teum panis & vinum esset appositum. Quia tunc
nullo sensu eam materiam poterit demonstrare.
Idem est, si panis sub mappâ vel in tabernaculo
existat. Quia non existit ibi tanquam in conti-
nenti, quod sensu percipi possit. Laym. lib. 5.
tract. 4. cap. 2. assert. 7. Suar. d. 43. sect. 5. Coninch
quæst. 74. art. 2. dub. 2. num. 2. & 23. Valq. d. 171.
cap. 4.

Præterea ea quantitas requiritur, quæ huma-
no sensu percipi valeat, & pronomine *Hoc*, vel
Hic ab homine demonstrari. Quia Sacramenta
non Deo & Angelis, sed hominibus sunt gratia
sanctificantis signa. Requiritur ergo quantitas
Sacerdoti consecranti demonstrabilis. Quia Chri-
stus Dominus conseruari non potest nisi sub spe-
cie, quæ humanis sensibus possit percipi, aliàs
non erit signum sensibile. Ergo nem ipsum, quod
requiritur, vt Christus sub speciebus ponatur,
requisum est, vt conseruetur. Quapropter as-
sero, nullam quantitatem ita minimam esse,
quæ ab homine sensum perfectissimum habente
percipi non possit, ac proinde quæ ab eo non va-
leat consecrari. Quod si aliqua sit, quæ per se
sumpta à nullo homine extra miraculum percipi
possit, nec consecrari poterit, nec sub ea Chri-
stus existere. Coninch quæst. 74. artic. 2. dub. 2.
numero 28. Suar. d. 43. sect. 8. Vasquez d. 171.
cap. 2.

Assolent formulæ pro comunicandis ad al-
tare deferri: an tunc virtualis Sacerdos inten-
tio sufficiat? si Sacerdote infirmo in alteri depo-
nantur, nullatenus consecrabuntur. Quia nul-
lam intentionem etiam virtuales habuit illas
consecrandi. Secus verò esset, si ipse Sacerdos
vel alius ex eius beneplacito eas formulas conse-
crandas antè offertorium apponeret. Nam eo
ipso voluntatem habet eas consecrandi: ex qua
voluntate consecrantur, tamen tempore con-
secrationis earum obliuiscatur. Quod intellexe-
rim, dummodo sint super altare sacrificij, hoc est,
super aram: nam si iuxta existant, & illarum obli-
uiscatur fuerit Sacerdos, haud erunt consecrata. Quia
non est præsumendum Sacerdos, in debite, & illi-
cite consecrationem facere voluisse. Suar. d. 43.
sect. 6.

Quid agendum, cum dubium occurrit, num
materia aliqua sit consecrata? Si dubium prudens
oboratur ex eo, quod arbitragur, an fuerit satis
præsens currentia.

30

Minister de-
bet saltem vir-
tualem habe-
re consecran-
di intentio-
nem.

31

Debet esse
præsens conse-
crations ma-
teria.

32

Requiritur ea
quantitas, quæ
possit prono-
mine *Hoc*,
vel *Hic* desig-
nari.

33

De intentio-
ne, ad formu-
las consecran-
das, necessa-
ria.

34

Quid gerem-
us, circa va-
ria dubia oc-
currentia.

FRANCISCO BAR
Theob. Mor
Tom. III. IV
F. IV

praesens materia, vel num fuerit intentio circa illam? Si nulla alia materia pro sacrificio est constituta, debet Sacerdos rursus consecrationis verba proferre super illam materiam sub conditione, ne sacrificium imperfectum relinquat. Aliter si alia materia pro sacrificio est constituta, nec dubium circa illam obuerteretur, sed circa materiam communicaturis appositam: debet Sacerdos alia die sacrificans, vel alius de ea re monitus verba consecrationis super illam materiam sub conditione proferre. Quid si dubium oboriatur ex incapacitate materiae, quia praesumitur vinum esse acetum, vel panis corruptus? Si nulla alia materia certa sit in eo sacrificio consecrata, Sacerdos errorem agnoscens, debet certam consecrare materiam, & simul cum ea dubiam absumere. At si alia materia certa apposta fuit, alius Sacerdos vel ipse altero die eam dubiam materiam simul cum ea, quam in sacrificio consecrat, debet absumere. Quia talis decet materiam sub dubio consecratam reuerentia. Castro Pal. tom. 4. tit. 21. punct. 6. n. 8.

CAPVT III.

De Formâ hoc ineffabile Sacramentum conficiente.

35
Forma consecrationis Panis.

LLA verba, *Hic est enim Corpus meum*, sunt consecrationis Panis forma. Quia illis perfectè Corporis Christi praesentia significatur. Reliqua tam antecedentia, quam subsequenteria non sunt de necessitate Sacramenti, sed praecipui. Imò particula *enim* cum non ad significandam Christi praesentiam, sed ad coniungendum sermonem, per Ecclesiam appositam fuerit, haud est necessaria consecrationi. Attamen illius omisio ex negligentia erit veniale, ex proposito lethale piaculum. Bonac. d. 4. quaest. 3. punct. 1. n. 10. Suar. d. 59. sect. 1. Coninch quaest. 78. artic. 2. dub. 2. num. 57.

36

Quenam transpositio, mutatio, diminutio, vel additio annulet Sacramenti formam.

Quenam transpositio, mutatio, diminutio, vel additio annulet Sacramenti formam? Qualiter est graue peccatum regulariter, si d. Sacramenti formam non annullat, si non impedit illius significationem. At si significationem impedit, ultra peccatum iterum reddit Sacramentum. Ex. gr. *Illud est Corpus meum*, cassam reddit consecrationem, quia pronomen *illud* modum à Christo significandi usurpatum immutat. Et *Hic est Corpus meum*, sumptis *Hic* aduerbialiter, quia non significat conversionem, quae ex substantia panis in Corpus Christi per huiusmodi formam consecrationis fit. Et *Hoc est Corpus Christi*, quia non in persona Christi & Christum repraesentans Sacramentum conficere, sed relative te habere, quod institutioni obstat. Et *Consecro Corpus Christi*, quia forma huius Sacramenti non in fieri, sed in facere esse praesentiam Christi significat. Laym. lib. 5. tract. 4. cap. 3. Henric. lib. 8. cap. 16. Suar. d. 59. sect. 2. Bonac. d. 4. q. 3. punct. 1.

37

Forma consecrationis Vini.

Consecrationis Vini forma sunt tantum illa verba: *Hic est enim calix Sanguinis mei*. Reliqua vero *Novi, & aeterni Testamenti mysterium fidei*,

qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum, ex receptiori sententia ad essentiam formae non pertinent, sicut nec particula *enim*. De quo sect. 2. sermo recurret.

Porto pronomen *Hoc*, vel *Hic* cum proferatur, supponit non determinatè & in particulari pro pane, & illius accidentibus, vel pro Christo: sed supponit confusè & in communi pro contento sub accidentibus panis, & vini, quae indeterminatio, adueniente praedicto, tollitur. Quo circa cum dicis *Hoc* vel *Hic*, nihil determinatum, ac singulare signas: sed signas quid commune, & indeterminatum, quod sub accidentibus panis, vel vini continetur: determinatur autem praedicto adueniente, ut pro corpore Christi supponat. Suar. d. 58. sect. 7. Bonacin. d. 4. quaest. 3. punct. 4. à numero 1. Henric. lib. 8. cap. 19. num. 1.

Quidnam consecrationis verba operentur? Finita prolatione verborum, perit substantia panis, & vini: & Corpus, ac Sanguis Christi sub illorum accidentibus constituitur, non tanquam verum subiectum, cui accidentia inhæreant, sed vices subiecti gerens, ea accidentia altiori, & efficaciori modo sustentando. Ob quam causam Concilia & Patres actionem, qua hæc omnia fiunt, *Transsubstantiationem* appellant, hoc est, conuersionem vnius substantiae in aliam substantiam sub eodem termino. Quia consecrationis verba eam vim habent ex diuina promissione, ut eo ipso quo proferuntur, Corpus Christi constituantur sub accidentibus panis & vini: ipsaeque substantiae panis & vini destruantur, pereant actione, qua conseruantur. Neque ad hanc transsubstantiationem opus est, ut Corpus Christi de nouo producat, seu reproducat, sed sufficit ad ipsum corpus Christi constituendum sub accidentibus panis terminari. Ex qua terminatione adiuncta diuina promissione, nascitur substantia panis ac vini destructio. Suar. d. 61. tota. Laym. lib. 5. tract. 4. cap. 3. Vafq. d. 181. & seq. Coninch q. 75. art. 4.

Licet totus Christus sub qualibet specie panis, & vini facta consecratione constituitur, ex significatione tamen verborum sub accidentibus panis solum corpus Christi constituitur: & sub accidentibus vini solus sanguis. Quia verbis consecrationis hoc praecise significatur. At quia corpus Christi est Sanguis, anima, ac Diuinitati vnitum, constituto corpore consequenter & concomitanter constituitur in sacramento Sanguis, anima, Diuinitas, ac denique totus Christus: & idem est de Sanguine. Verum Christus sub speciebus existit vti anima rationalis in corpore, totus in toto, & totus in qualibet parte. Quia licet in se ipso extensus sit, & partes extra partes habeat: nullam tamen quoad locum extensionem admittit. Vnde neque diuisa hostia, ipse diuiditur: nec minus ex eo accipit sub minima parte communicans, quam si sub magna communicaret. Præterea assistit ibi qualis assistit ibi qualis assistit in Caelo, omni scientia, gratia, aliisque donis exornatus, quæ Christo glorioso competunt. Quia sic decet eius maiestatem. Incertum autem est, an operationes materialium potentiarum exerceat. Quia hæc ex natura rei potentiam quoad locum extensionem requirunt. At ex diuina virtute verosimile mihi est, operationes visus, & auditus exercere. Etenim

Sectio I. De Euchar. Recept. Sententia. 35

Etenim Christum non solum intellectu cognoscere, sed etiam sensu corporeo videre adorantes, & illius preces audire, fover pietatem, excitat reverentiam. Sic denique Christus ex suo verbo, ac promissione accidentibus panis & vini annectitur, ut ad illorum motionem ipse moveatur, illis vero destructis ipsius realis praesentia pereat. Doctores communiter.



CAPVT IV.

De Eucharistia Adoratione, ipsius ad salutem necessitate, Obligatione, quae eam sumendi ex diuino pracepto.

IDE certum est, adorari debere Eucharistiam interius & exterius adoratione Latine. Quia continet Christum Dominum eiusdem excellentiae & dignitatis ac adest in Caelo. Trident. sess. 13. c. 1. & can. 6.

Debet absolute adorari, cum non est probabilis dubitatio, an sit consecrata hostia, nec ne vel ob defectum Ministrum, vel debitam materiam. Quia alias deuotio in Sacramentum minuitur, variisque scrupulis animus distrahitur. Esto aliquando acciderit, hostiam consecratam non esse: ac raro id communem adorationis modum impedire debet. Suar. d. 65. sect. 2.

Vnde infero, Sacerdotem simulantem celebrationem, cum tamen non celebret, grauissime delicturum. Quia proponit adorandam materiam nullam dignam adoratione. Quoties sacrificium offert, vel communicas, debes hoc Sacramentum adorare. Quia tibi adorandum proponitur. Similiter quando a Sacerdote eleuatur in Missa, aut ad infirmum deferitur, vel aliquo modo tibi praesens occurrat. Quod si aliquando hanc adorationem ob negligentiam sine scandalo omittas, haud grauius delinques ob materiam leuitatem. Suar. d. 65. sect. 1.


Sacrilegium est, irreuerenter hoc ineffabile Sacramentum tractare: cum scilicet corporalibus, vasis, vestibusque immundis vtreis in illius consecratione: aut si incaute custodias, ut ad corruptionem deueniat, vel ab hostiis irreuerenter tractetur. Cap. Genes. de celebr. Missar. Nulla tamen est ipso iure poena imposita, sed imponenda.

Necessarium esse Eucharistiam ad salutem necessitate praecipi non solum Ecclesiastici (de quo alibi) sed & diuini, certum est. At sect. 2. discutiam, num sit necessaria necessitate medij, seu remedij, seu finis. Illud enim necessarium est necessitate medij, quod per se & positum medium est ad salutem anime comparandam, quodque dicitur necessarium necessitate finis, quia sine eo finis aeternae obtineri non potest. At necessarium necessitate praecipi praecis non est medium positum ad salutem obtinendam: sed est medium negativum; quia negat, & impedit, ne salus obtemperat violatione praecipi agatur.

Porro praeciptum diuinum de sumenda Eucharistia cum affirmatiuum sit, necessario debet

aliquo tempore obligare. Quod autem sit, non diuinus de conuenit inter Doctores, de quo sect. 2. Supponens vero ex veriori sententia praecipto diuino omnes fideles adstringi ad communionem percipiendam in mortis periculo, crediderim, eundem inferri, communicantem extra periculum mortis, non solum posse, sed teneri Eucharistiam in periculo mortis constitutum suscipere. Quia communio facta ante periculum mortis non praecipitur, ergo ea satisfieri non potest communioni praeciptae. Impossibile enim est, te praecipto satisfacere, nisi opus praeciptum exequare. Suar. d. 69. sect. 3. Henric. lib. 8. c. 4. Vasq. d. 2. 14. c. 3. a num. 13.

Imo extra mortis articulum communiter Doctores asserunt interdum in vita praeciptum diuinum communicandi obligare. Quia cum proprius effectus Eucharistiae sit, animam suscipientis enutrire, & aduersus insidias diaboli roborare, ut in accepta gratia fidelis perseueret; satis contemptor propriae salutis esset, qui in suscipiendo hoc salutifero pharmaco negligens existeret. Ob hanc causam per tres, vel quatuor annos communionem omittentem praeciptum diuini reuocasse crediderim. Suar. d. 69. sect. 3. Bonac. d. 4. qu. 7. punct. 1. a num. 8. Addentes id esse, etiam conclusa aliqua Ecclesiae determinatione, cui minime assentio, ut proprio Problemate indicabo.



CAPVT V.

De Ministro Eucharistiae, ad consecrandum, & ministrandum.

QUOD illius consecrationem soli Sacerdotes sunt Ministri. Quia nullus alius a Sacerdotibus hanc accepit a Christo potestatem. Trident. sess. 22. cap. 1. & 4.

Fert usus Romanae Ecclesiae, ut cum Episcopus consecratur, hic simul cum consecrante verba consecrationis proferat: & cum Episcopus ordinat, Sacerdotes noniter ordinati esto plures sint, cum ipso Episcopo ordinante proferunt consecrationis verba. Certe si simul proferunt, & finiunt consecrationis formam cum debita consecrandi intentione, consecrant omnes. Quia nulla est ratio, ob quam vni potius, quam alteri consecratio tribuatur. At quia vix est moraliter possibile, plures concurrentes ad vnius hostiae consecrationem simul verba finire: quoniam modo hoc licitum esse possit, siquidem plures ex illis periculo morali exponuntur profecti formam super materiam iam ab alio consecratam, & consequenter indebitam. Crediderim, omnes sic ad consecrationem vnius hostiae concurrentes intentionem habere consecrandi, & simul cum Episcopo verba finiant, secus si ante vel post. Suar. d. 61. sect. 4. Coninch quest. 82. art. 2. num. 13.

Sacerdos excommunicatus, depositus, aut degradatus non ideo amittit valide consecrandi potestatem. Quia eorum potestas, quae in Characterem fundatur, est indelebilis. D. Thom. quest. 82. art. 5. 6. & 7. quem omnes Theologi sequuntur.

Quo

diuinus de
sumenda Eucharistia
pro aliquo tempore
obligat, ne in mortis
articulo.

47
Obligat extra
mortis articulum.

48
Soli Sacerdotes
sunt ministri quoad
consecrationem.

49
Qualiter plures
Sacerdotes
consecrationis
vnius Hostiae
possunt esse
ministri.

50
Depositus, ac
degradatus
consecrare
valide potest.

FRANCISCO BAR
Theod. Mor
TOM. II. IV
E. IV

51 Quod ad dispensationem Eucharistiae ex officio, solus est Sacerdos Minister. Quia nemini alteri à Sacerdotibus dictum est à Christo: *Hoc facite in meam commemorationem*, id est, consecrate, sumite, & aliis distribuite. Trid. sess. 13. c. 8. D. Thom. q. 82. art. 3.

52 Ex delegatione verò non solum diaconis, sed & Laicis potest Eucharistiae dispensatio committi. Quia iure diuino concessio huius facultatis minimè interdictur. Porò iuxta antiquam Ecclesiae consuetudinem vigente necessitate fovebant Laici, Eucharistiam in domum deferre, manibus attingere, & ore excipere propter tyrannorum persecutionem. Si Eucharistia in terram esset proiecta deberet Laicus, si Sacerdos non adesset, eleuare, imò & sumere, si ulterioris irreuerentiae periculum adesset. Quia quod pro reuerentia Sacramenti est institutum, non debet in illius iniuriam cedere. Laym. lib. 5. tract. 4. cap. 7. num. 2. Suar. d. 72. sect. 2. Coninch q. 82. art. 3. m. 19. Vafq. d. 219. c. 1. n. 18.

53 Diacono, vigente necessitate, & Episcopus & Sacerdos poterit hanc committere potestatem, ut Clem. Rom. lib. 8. constit. Apostolic. cap. 28. Concil. Nicen. 1. can. 14 & Carthagin. 4. can. 38. affirmant. Ex quorum textibus constat, absque necessitate extremam Eucharistiae dispensationem Diaconis concedi solitam. Histamen temporibus ubi Sacerdotum copia est, raro potest extra mortis periculum huiusmodi facultas committi. Layman. lib. 5. tract. 4. cap. 7. numero 2. Suar. d. 72. sect. 1. Henric. lib. 8. cap. 52. num. 2.

54 At alijs à Diacono extra necessitatem extremam non est à iure concessa facultas Eucharistiam ministrandi, nec concedi potest ab ullo Praelato praeter Pontificem. Constat ex Ecclesiae praxi, quae nullquam alijs, quam Diaconis. Concil. Carthage. 4. can. 38. cap. Peruenit, de consecr. dist. 2. dicens, horrendum ac detestabile esse, quod Sacerdotes absque necessitate extrema per Laicum & feminam Eucharistiam aegris immitterent.

55 Verum in extrema necessitate, cum scilicet aeger in proximo est moriendi periculo, nec est Sacerdos, neque Diaconus, qui possit, & velit Eucharistiam ministrare, poterit Laicus, secluso scandalo. Quia nec iure diuino laicis interdicta est Eucharistiae ministratio, nec iure Ecclesiastico in necessitate extrema. Valent. tom. 4. d. 6. quest. 1. o. punct. 1. Laym. lib. 5. tract. 4. cap. 7. Filliuc. tract. 4. cap. 9. quest. 5. num. 258. & 285. At hanc doctrinam proprio Problema ad examen adducam.

56 Sacerdos infirmus, qui celebrare commodè non potest, potest, cessante scandalo, è sacratio hostiam consecratam sumere, cum non adsit alius, qui ministret. Quia non in alienam personam, sed in propriam iurisdictionem à Christo datam exercet. Neque in hoc Sacramento opus est ministrum à suscipiente distingui, ut patet in die Parasceue, in quo Sacerdos se ipsum communicat, tamen non consecrat. Bonac. d. 4. quest. 5. punct. 2. numero 13. Sa V. Eucharistia, num. 14. Suar. d. 72. sect. 3. Coninch q. 84. art. 3. num. 25.

57 Sacerdos celebrans potest particulam hostiae ad communicandum infirmo vel sano referuare. Quia neque id Sacrificij perfectionem immutauit,

nec iure aliquo prohibitum inuenitur. Henric. enclau. hostia lib. 8. cap. 46. numero 2. Bonac. d. 4. quest. 5. punct. 1. num. 14. Zambri. de Euchar. c. 3. dub. 6. num. 7.

Minister Eucharistiae debet habere iurisdictionem vel Ordinariam, vel Delegatam in personam, cui Sacramentum administrat. (Ordinariam vocato, quae ex officio provenit, proprio Sacerdoti non fore iurisdictionem ordinariam promanat.) Quia non debet alienas oves contra voluntatem proprii pastoris pascere. Suar. d. 72. sect. 2. Henric. lib. 8. legatum, cap. 55. Vafq. d. 219. cap. 2. apprimè ex Concilio Carthage. 1. cap. 7. Mileuit. can. 18. ostendunt.

Sufficit facultas praesumpta ad huius Sacramenti administrationem v. gr. si ex aliqua causa probabiliter iudicem, proprio Sacerdoti non fore ingratum, quod eius omnibus Eucharistiam ministraret. Quia cum haec iurisdictionis requisita non sit pro valida, sed pro licita huius Sacramenti administratione, opus non est, delegationem facultatis praecedere: sed ex eo quod rationabiliter spero delegandam, si petere; sufficit, iure ipso disponente, ut delegata censetur. Suarez d. 72. sect. 2. Azor. lib. 1. o. c. 23. q. 2. Nauar. cap. 21. n. 52. Vafq. d. 219. c. 3.

Nulla tamen poena ipso iure afficitur Sacerdos, qui absque vlla facultate Eucharistiam ministrat, nisi Religiosus sit, huic enim excommunicatio Pontifici reuocata ipso facto intelligitur. Clem. Religiosi, de priuileg. si absque speciali Praecepti licentia eius subditis Clericis, vel Laicis Eucharistiam ministrat. Extrema Vnctionis, vel Eucharistiae ministrare praesumpserit. At si Parochus concedat suis subditis, ut à quocunque Sacerdote omnia & singula Sacramenta possint recipere: Religiosus Eucharistiam ministrans, dicitur ex licentia expressa ministrare. Vafq. d. 219. Itaque Sacerdos, qui Religiosus non sit, praeter peccatum mortale nullam poenam ipso iure incurret.

Approbatio Ordinarij ad Eucharistiae administrationem non requiritur. Quia licet ad Sacramentum poenitentiae Concilium Trid. sess. 23. cap. 15. de reform. Sacerdotis approbationem postulet, & Eucharistia poenitentiam consequatur: tamen lex grauius Sacerdotes non debet extendi vno casu in alium, maxime cum eadem ratio non vigeat. Nam Sacramentum Poenitentiae difficile administratur, ut par est, ob varios casus ibi occurrentes: quae difficultas in Eucharistiae administratione non reperitur. Coninch quest. 82. art. 3. Vafq. d. 219. cap. 5. num. 57. Suar. d. 71. sect. 3.

Expendo privilegia Religiosis concessa, quibus ab incurrenda excommunicatione lata in Clement. Religiosi, de priuileg. excusantur. Nicolaus V. concessit Minoribus, ut excepto Refurrectionis die, omnibus Christi fidelibus Eucharistiam valeant quolibet tempore ministrare. Sic habetur in libro Monumenta Ordin. concess. 149. Sixtus IV. & Leo X. idem eis concessit, sicut habetur in eodem libro concess. 160. Quod privilegium non solum Religiosis Mendicantibus, sed & non Mendicantibus esse concessum. Azor. tom. 1. lib. 7. cap. 41. quest. 7. affirmat. Porò Paulus III. in Bulla Societatis Iesv concessa anno 1545. quae incipit, *Cum inter cunctas*, conceditur omnibus Societatis Sacerdotibus facultas, post

Seccio I. De Euchar. Recept. Sententia. 37

post Missas, seu ante Missarum celebrationem, aut alias, Christi fidelibus Eucharistia, & alia Ecclesiastica Sacramenta sine alicuius praedictio ministrandi: diocesanorum locorum, rectorum Parochialium, aut aliarum Ecclesiarum, aut quorumlibet aliorum minime requisita licentia. Et idem Pontifex alia in Bulla anno 1549. id ipsum clarius expressit. Omnibus (ait) Christi fidelibus quocumque anni tempore, praequam in festo Paschatis, Resurrectionis Dominicae, & mortis articulo, nisi necessitas urgeret, Parochialium Ecclesiarum Rectorum licentia minime requisita, ministrare libere ac licite valeant. Ex quibus privilegiis manifeste constat Religiosos Societatis Iesu, reliquosque Mendicantes, imò & non Mendicantes, qui in privilegiis Mendicantium communicant, Eucharistiam ministrare postea toto anni tempore, excepto Resurrectionis die, mortis articulo, (addo ex tenore Bullarum,) & prohibitione Praelati interueniente.

63 Verum omnes Sacerdotes tenentur in articulo mortis Eucharistiam obeunti ministrare, Parocho deficiente. Quia quilibet siue Regularis siue secularis sit, ex charitate tenetur proximo extreme indigenti hoc salutari, ac fortè necessario salutis remedio subuenire. Omnes Doctores.

64 Parochus autem non solum ex charitate, sed etiam ex iustitia, hac adstringitur obligatione. Cui ut satisfaciatur, non solum vocatus ministrare Eucharistiam morienti debet; sed etiam accurate vestigare, num sua in Parochia sint aliqui agroti periculo mortis obnoxii, quibus sit Eucharistia ministranda. Collegi ex c. 1. de celebr. Missar. Laym. lib. 5. tract. 4. c. 5. n. 6.

65 Ab hac obligatione non eximitur Parochus ob vitæ periculum, v. gr. pestis tempore, nisi alij Sacerdotes adfuerint, mediis quibus eiusmodi ministerio provideatur. At reliqui Sacerdotes, qui officio, aut professione salutis proximorum incumbere non tenentur, à ministrandâ Eucharistia cum mortis periculo excusantur. Quia hoc Sacramentum non est mortuorum simpliciter ad salutem necessarium, cum possit ager contritione salutem inire. Castro Palao tom. 4. tractat. 21. punct. 10. num. 2. & tract. 6. de Charit. d. 1. punct. 9.

66 Tenetur Parochus ex iustitia Eucharistiam suis ouibus ministrare, non solum cum ex præcepto hac communicare tenentur, sed quoties, spectata eorum conditione, & reuerentiâ Sacramento debita, ratioabiliter petierint. Quia iure petunt, quod sibi valde est utile. Fagund. de Euchar. lib. 3. cap. 3. Nauar. cap. Placuit, de penit. dist. 6. num. 162. Suar. d. 72. sect. 3. Bonac. d. 4. q. 5. punct. 1. num. 15. Huic tamen obligationi possunt Parochi per alium Sacerdotem idoneum satisfacere. Cum autem tot ferè in omnibus locis adfuerint Religiosi, qui ex deuotione Eucharistiam ministrant, ratio Parochus poterit per se ministrare Eucharistiam obligari. Citatus Suarius Bonac. & Fagund.

67 Tenetur Parochus vbique terrarum & in Hispaniâ & Lusitaniâ post Pij V. constitutionem, Eucharistiam ministrare mortis plectendis. Quia hi magis afflicti, grauiori peccatorum pondere pressi tanto magis indigent praesidio. Nec vlla contraria consuetudine potest excusari. Henriquez lib. 8. cap. 5. n. 4. Suar. d. 69. sect. 3. Laym. Escob. & Mend. Theol. Moral. T. III.

lib. 5. tract. 4. cap. 6. quest. 4. Tolet. lib. 2. c. 18. Sa V. Euchar. n. 2.

Si quis peccato publico iure vel facto infectus, petat Eucharistiam in loco, quo publicum est: ei est deneganda: esto petat coram iis, qui delictum ignorant. Quia absolute petit, quod sibi indebitum est, cum breui tempore delictum, vel publicum est iis, qui ignorant, sit referendum. Suar. d. 67. sect. 2. peccatum. Vafq. d. 209. Laym. lib. 5. tract. 4. c. 6. q. 3.

Si probabiliter possis praesumere, peccatorem emendatum esse, ut ferè semper teneris praesumere, cum tibi contrarium non constet, obligatus es, ei Eucharistiam ministrare. Quia ex ea concessione neque scandalum etiam late sumptum potest obuenire, cum suscipiens Eucharistiam bene eo loci audiat, neque vllam Sacramento irreuerentiam irrogas, cum prudenter credas ritè disposito concedere. Fagund. de Euchar. lib. 3. cap. 10. n. 7. Vafq. d. 209. c. 2.

Concedi potest Eucharistia Peccatori occulto non emendato, publice petenti. Quia praesumi non debet Christum velle Eucharistia ministratorem in graue suscipientis cedere detrimentum: cederet autem si ei publice petenti Eucharistia denegaretur, siquidem secretum illius reteretur crimen. cap. Si tantum cap. Placuit 6. q. 2. & cap. Si Sacerdos, de officio ordinar.

Haud potest concedi Eucharistia peccatori occulto non emendato, occultè petenti. Quia Sacerdos ex officio tenetur vitare quamlibet Sacramenti irreuerentiam, & prauam illius susceptionem, si id agere possit absque graui damno proprio, vel alterius. At peccatori secretò postulanti nulla irrogatur iniuria: cum soli deneganti indispositus esse dignoscitur. Quod si qui Sacerdoti ministrat esset indispositio ignarus, non idèò Eucharistia ministranda esset indigno. Quia scandalum, quod ex tali administratione scientibus proueniret praeponderat infamiae, quae sequi potest apud ignaros. Neque infamatio apud vnum, vel alterum tanti ponderis esse videtur, ut valeat administrationem peccatori factam cohonestare. Henriquez lib. 8. cap. 59. n. 1.

Num iis, qui criminis suspicione laborant, concedi possit, & debeat Eucharistia, si petant? Porro levis suspicio Communionem concedere non impedit. Quia ob leuia indicia delicti nemini sunt bona debita deneganda. Grauis suspicio quae ex grauib. indiciis nascitur, alicui videri posset, impedire, ne communio concedatur, ob periculum, quod indignus Sacramentum assumat. Verum hoc periculum ministranti haud potest imputari, cum non possit abnegare Eucharistiam ex indispositione suscipientis probabiliter tantum cognita. Itaque sola suspicio vehemens & violenta impedit à communione concedenda. Quia moralem delicti certitudinem constituit: impedit, inquam, à communione publicè & secretò concedenda, si suspicio publica sit: à communione vero secretò concedenda impedit secreta suspicio. Suarius d. 67. sect. 6. Laym. lib. 5. tract. 4. c. 6. quest. 3. Fagund. de Euchar. lib. 3. cap. 10. n. 29.

68

Deneganda est publico peccatori in loco, ubi publicum est peccatum.

69

Debet minime emendato.

70

Potest non emendato occulto publice petenti peccatori concedi.

71

Minime vero si occultè petenti.

72

Levis suspicio non impedit communione concedere, neque grauis quidem: sola suspicio vehemens impedit.

ESCOBAR
Theol. Moral.
Tom. III. IV.
E. IV.

CAPVT VI.

De Eucharistia susceptoribus.

73
Trinitas po-
test recipi Eu-
charistia.



O T E S T sumi Eucharistia triplici-
ter: Sacramentaliter tantum, quan-
do solum Sacramentum, & non eius
effectus suscipitur, quod evenit in-
disposito. Spiritualiter tantum, ut cum iustus de-
siderio suscipiendi flagrat. Vtrouque modo Sa-
cramentaliter, & spiritualiter, cum iustus com-
municans, Sacramenti recipit effectus. Trid. sess.
13. c. 8. & sess. 22. c. 6. D. Thom. q. 80. art. 1.

74
Solutus homo
potest huius mo-
di Eucharisti-
am suscipere.

Solutus homo modis praefatis hoc potest Sacra-
mentum suscipere. Quia irrationalia animantia
eius aliquando comedant, tamen non possunt
eius donari fructibus. Nec Angeli vel spirituali-
ter suscipere possunt, cum capaces non sint aug-
menti gratiae. Et quia pro solis hominibus in
hac vita degentibus est institutum.

75
Homo non
baptizatus
non potest Sa-
cramentaliter
recipere.

Homo sacra aqua non dilutus potest spirituali-
ter quidem, sed non sacramentaliter recipere:
Potest spiritualiter. Quia ante Baptismum po-
test quis Deo esse gratus, & Eucharistia susci-
pienda post Baptismum affectu flagrare gratiae
plane incremento. Non vero sacramentaliter.
Quia nullus est capax vilius Sacramenti reci-
piendi, nisi per sacram vnam Ecclesiam fuerit
ingressus.

76
Baptizatus
peccator non
solum sacra-
mentaliter
suscipit.

Baptizatus peccator solum sacramentaliter
Eucharistiam suscipit. Quia dum degit in cri-
mine haud potest nec spiritualis, nec sacramen-
talis communionis effectum, nempe augmentum
gratiae recipere, sed horribile absumit in iudi-
cium. Baptizatus vero iustus sacramentaliter &
spiritualiter recipere potest. Quia ad augmentum
gratiae proprium Eucharistiae effectum sola gratia
habitualis in suscipiente requiritur. Doctores
communiter.

77
Infantes
perpetuo a-
mentes bapti-
zati, si eis
concedatur
augmentum
gratiae reci-
piunt.

Vnde infantes baptizati, & perpetuo amentes,
si illis Eucharistia concedatur, gratiae augmen-
tum percipiunt. Quia antiqua fuit consuetudo
concedendi parvulis Eucharistiam, quae non con-
cederetur, nisi illis prodesset. Coninch q. 80. a. 9.
Laym. lib. 5. tr. 4. c. 5. q. 1. Vasq. d. 112. c. 2.

78
Non tamen
debet eis da-
ri.

Concedere debet Eucharistia infantibus, ac
perpetuo amentibus saltem in mortis articulo.
Minné. Quia cum hoc Sacramentum illis ne-
cessarium esse non possit, & ex alia parte frequen-
ter ad hoc irreuerentiae periculum, iussit eos Eccle-
sia à tanti Sacramenti participatione excludit.
Henric. lib. 8. cap. 42. Laym. lib. 5. tr. 4. cap. 4.
q. 1. & 3. Suar. d. 62. sect. 4.

79
Danda amen
est, qui ali-
quando vni-
us tantum
est, ut mor-
tis articulo.

Potestae, aut debet concedi amentibus, qui
aliquando rationis usum habuere: Extra mortis
articulum, nec potest, nec debet. Quia extra mor-
tis articulum nulla est Ecclesiae consuetudo con-
cedendi huiusmodi amentibus Eucharistiam.
Tanti enim Sacramenti irreuerentia postulat, ut
extra casum extremae necessitatis concedatur ei,
qui ad illius susceptionem actuali deuotione se
disponere nequit. At in extremo periculo potest,
& debet eis concedi. Quia eiusmodi amentibus
Eucharistia necessaria ad salutem esse potest, sci-
licet, si peccato mortali grauati in dementia at-
triti incidissent. Vasq. d. 212. Coninch q. 80.
a. 9. & 72. Suar. d. 62. sect. 4. Henric. lib. 8. c. 42.

80
Quando de-
ratiois usum non habentibus?

Potest ne, ac debet concedi semisatis, plenum
rationis usum non habentibus? Si facta diligen-

tià non valent hunc coelestem cibum diiudicare, inter absolute amentes sunt computan-
di. Si illum satis à communi distinguunt, & re-
uerenter quasi sibi necessarium expostulant, con-
cedi illis debet non solum in mortis articulo, sed
etiam Paschatis tempore. Quia credendum est,
hoc praeccepto adstringi, cum supponam eius ha-
bere notitiam spiritualis cibi, ac peccandi pollere
libertate. Extra haec tempora haud debet eis Eu-
charistia concedi ob Sacramenti irreuerentiam.
Henr. l. 8. c. 42. Bonac. d. 4. q. 6. punct. 1. n. 7. Posseu.
de commun. c. 8. n. 3. Laym. l. 5. tr. 4. c. 4. q. 3.

Potestne, ac debet Mutis & Surdis à natiui-
tate ministrari? Si ex signis, ac nutibus constet, Quamdiu Sur-
dis, & Mutis.
discretionem habere, qua sufficienter coelestem
cibum à profano distinguant, non solum in mor-
tis articulo, sed etiam Paschatis tempore eis est
Eucharistia concedenda. Quia est eis valde ne-
cessaria tum ad augmentum gratiae, tum ac pia-
eula futura praecauenda. Laym. lib. 5. tr. 4. c. 4.
q. 4. relato Abbate ad cap. Cum apud, n. 6. de spon-
sal. At si prudens Confessarius aduertat, Mu-
tum & Surdum perfectà discretionem pollere, vti
sepe contingit: aliis solemnibus festiuitatibus ei
poterit Eucharistiam ministrare. Quia nulla ap-
paret ratio, cur sit ei deneganda, cum se ad illam
suscipiendam per actuale deuotionem dispo-
nere queat. Castro Pal. tom. 4. tr. 4. punct. 11.
num. 9.

Quid si supradictis impedimentis duobus coe-
citas adderetur? Crederem vix inueniri vnum, Quamdiu Sur-
aut alterum, quibus etiam mortis articulo possit ne Mutis si-
Eucharistia ministrari. Quia incapaces existunt mul coecitate
tanti cibi dignitatem agnoscere. Vnde Sanchez, laborent
lib. 1. de Matr. d. 8. à n. 12. & Gutier. de Matr.
cap. 8. à num. 5. aliis relatis, Idocent, Mutum &
Surdum contrahere matrimonium posse, secus si
simul coecus existat.

Num Energumeno, siue obfesso à Demone
possit, aut debeat Eucharistia ministrari? Si con-
ster à Demone obsideri quod aliquo crimine in-
ficiatur, qualiter contingit illi, quem refert Pau-
lus, traditum esse sathanae in interitum carnis, ut
spiritus saluus fieret 1. Cor. 5. ob defectum dis-
positionis in suscipiente, haud est ei Eucharistia
ministranda. Secus si credatur torqueri, vel in
pœnam alicuius piaculi perpetrati, quod remis-
sum sit quoad culpam: vel ad sui meritum, ac
probationem, ut frequenter contingere, creden-
dum. Attamen aduertendum est, an priuetur
usu rationis, an sui compos existat. Si usu ratio-
nis priuetur, iudicium ferendum est de eo aequè
ac de perpetuo amentibus. Alti si sui compos sit,
concedenda ei Eucharistia, seculo irreuerentiae
periculo, non solum in mortis articulo, verum
etiam in Paschate, imò & aliis temporibus iuxta
prudens Confessarii iudicium. Sotus in 4. dist. 2.
quest. 1. Laym. lib. 5. tr. 4. cap. 4. q. 5. Suar. d. 69.
sect. 2. Vasq. d. 112. c. 4.

Num Pueri usum rationis habentibus statim
possit, & debeat Eucharistia exhiberi? Si distin-
guere possint hunc cibum à profano, concedi de-
bet eis in mortis articulo. Quia non solum vti-
lis, sed forè necessaria eis ad salutem erit. Suar.
d. 70. sect. 1. Laym. lib. 5. tr. 4. cap. 4. quest. 2.
Henric. l. 8. c. 42. At extra mortis periculum per-
fectior usus rationis requiritur ad Eucharistiam
suscipiendam ei, qui sufficiens iudicatur ad pec-
candum, & absolutionem obtinendam. Quia &
penitentia est simpliciter necessaria, quae non
est

Sectio I. De Euchar. Recept. Sententia. 39

est Eucharistia: & Eucharistia nobilior est, perfectiorem rationis vsum in suscipiente expostulans. Suar. & Laym. citati. & Nauar. c. 21. n. 57. Credendum tamen, eum vsum rationis, qui sufficiens est ad peccandum, & absolutionem a peccatis obtinendam, sufficere, vt Eucharistia possit impendi. Quia licet Pœnitentia sit magis necessaria quàm Eucharistia, & hæc sit nobilior pœnitentiâ: longè tamen difficilior est dispositio ad pœnitentiâ fructum obtinendum, quàm ad obrinendum Eucharistia fructum: cum ad pœnitentiam confessio peccatorum dolosa requiratur cum proposito non delinquendi de cætero; ad Eucharistiâ verò fructum sola voluntas suscipiendi existentis in gratiâ sufficiat. Non tamen idèò asseruerim pœnitentiam huiusmodi statim nec diuino nec humano præcepto obligari, nec Parochos teneri illis Sacramentum concedere, sed vnum vel alterum annum expectari posse, vt eorum discretio exactius dignoscatur. Suar. d. 70. sect. 1. Laym. lib. 5. ar. 4. c. 4. q. 2. Valq. d. 2. 14. c. 4. n. 46.

Quandonam igitur censentur Pueri discretionem sufficientem habere, vt Eucharistiam suscipere teneantur? Prudentis Confessarij iudicio relinquendum: nonnulli enim Pueri ita sunt perspicacis ingenij, vt ante annum decimum sufficientem discretionem habere censentur. Regulariter autem nemo ante annum decimum obligati censetur. Imò, ferente vfu, viri ante annum 14. fœminæ ante 12. non obligantur. Nauar. cap. 21. num. 57. Cordub. in sum. casu 60.

CAPVT VII.

De Dispositione suscepturi Eucharistiam internâ.

NEQVAM ad Eucharistiam suscipiendam quis accedat, debet se iustum ac gratum Deo reputare. Quia cum instituta sit ad nutriendam spiritualem animi nostri vitam, illam per se supponit. Trid. sess. 13. c. 7. & can. 11. Sufficit autem moralis certitudo, se nullo grauari peccato non confesso. Quia certitudo moralis quamlibet humanam actionem à temeritate excusat. Coninch. q. 80. art. 8.

Actuale peccatum veniale non impedit præcipuum Eucharistia effectum quod est augmentum gratiæ: alios verò secundarios ex parte impedire non dubito. Impedit enim remissionem ipsius, quæ per Sacramentum ex opere operato fieri deberet: impedit deuotionem, & charitatis feruorem: impedit specialem suauitatem, quam assolêt deuotè communicâtes experiri: & plura auxilia gratiæ ad præcauenda crimina. Notâter dixi, *Actuale* peccatum, habituale enim, etiam si formaliter quis detestatus non fuerit, si tamen illius complacentiam non habeat, communionem, quæ est quædam delectatio virtualis peccati, ex opere operato remittitur. D. Thom. q. 79. art. 8.

Qui peccato mortali grauatur, & Eucharistiam recipere velint, non solum contritione sed Sacramentali confessione se debet præparare. Quia Ecclesie consuetudine sic illud Pauli intelligendum: *Probet autem se ipsum homo*. Trid. sess. 13. c. 7. Quare Caiet. ad 1. Cor. 11. minime audiendus, dum asserit, nullum esse præceptum neque diuinum, neque Ecclesiasticum, præmittendi Confessionem, si peccator contritus sit.

Isob. & Mend. Theol. Moral. T. III.

Profecto ab executione huius præcepti excusaris, si Confessarij copia non adsit, & necessitas communicandi urgeat. Trid. sess. 13. c. 7. Quando nam copia Confessoris absit? Quando ita à te distat, vt nequeas illum absque graui incommodo adire. Quando præfenti confiteri non potes absque prudenti periculo, vel violationis sigilli, vel prouocationis ad malum, vel alterius grauis nocu-menti. Quando nullus adsit, qui iurisdictionem habeat, aut cui iurisdictionem ex priuilegio concedere possis. Valq. d. 207. c. 2. n. 9. Coninch. q. 80. art. 4. dub. 2. n. 19. 21. & 23. Bonac. d. 4. q. 6. pun. 1. n. 28.

Quandonam verò necessitas adsit communicandi? Quando prudenti alicuius grauis notæ timore afficeris. Quando viaticum est obituro ministrandum, & nulla esset hostia consecrata. Quâdo Sacerdos inchoatâ Missâ, alicuius peccati mortalis non confessi recordatur, nec tenetur, ab altari recedere, nec Confessario ad altare accedenti fateri. Quia licet infamia Sacerdoti non sequatur, quæ vix excusari potest: Sacrificium inceptum non licet irumpere. Nauar. c. 21. n. 49. Viêt. Sotus, Bonau. quos refert, ac sequitur Suar. d. 66. sect. 4. Vnde si assistens ad linteum cum aliis communicaturus, recorderis aliquod mortale te non fuisse confessum, nec ab eo loco discedere absque graui notâ possis, contritione elictâ licet Eucharistiam absumere. Sed de hoc sess. 2. vberiorem sermonem problematicè instituiam. Quâdo obligatur quis dicere sacrum vel ex Officio Parochi, si non adsit alius Sacerdos, qui Parochi possit gerere vices. Quia ob peccatum Sacerdotis priuare non debet populus iure fruendi sacrificij fructu. Item potest oriri obligatio dicendi Sacrum, vel communicandi in Palchate, cui obligationi si non celebres, aut communices, haud potes satisfacere: tunc, non præmissa confessione, poteris sacrum dicere, aut communicare. Quia satis virgens est necessitas, quæ tibi à lege imponitur. Et quia videtur tibi graue damnum irrogari, si à communionem illa publica, solemni, & communi aliis fidelibus & Ecclesiæ præcepto necessaria ob Confessoris arcearis inopiam. Sotus in 4. dist. 12. q. 2. art. 4. Viuald. de Euchar. n. 123. Palud. in 4. dist. 9. q. 4. concl. 10. Coninch. q. 80. art. 4. dub. 2. n. 17.

Attamen in omnibus præfatis casibus, quibus à præmittenda confessione excusaris, necessarium est conteri de peccato commissio. Quia licet ritum reputari hoc Sacramentum aliquando attrito primam gratiam conferat, id sit, si bona fide putans quis se esse in gratia, accederet: secus esset, si peccati conscius communicare auderet.

Ne autem Sacerdos sibi fingeret celebrandi necessitatem, confessione non præmissa, Trident. Sacerdos non statuit sess. 13. c. 7. Sacerdotem conscius peccati mortalis, qui ob necessitatem urgentem, non præmissa confessione celebrat, obligatum esse, quamprimum potest, confiteri. Quod præceptum solum obligat Sacerdotem peccati mortalis conscius celebrantem necessitate urgente, confessione non præmissa, siue contritus, siue non contritus celebret. Non verò Sacerdotem, qui sui peccati inuincibiliter oblitus, haud præmissa confessione, sacrum ageret. Neque eum, qui extrâ necessitatem ex malitia celebrasset, vel more laicorum necessitate urgente communicaret. Confessione non præmissa. Quia hoc præceptum cum rigorosum sit, licet conueniens maxime, non debet vltà proprietatem verborum extendi. Valq. d. 208. c. 3. n. 16. Coninch. q. 80. art. 4. dub. 2. Suar. d. 66. sect. 6. & 7. Plura sess. 2.

D. 2

CAPVT

89

Excusaris, si non sit Confessarij copia, & adsit communicandi necessitas. Quando nam copia Confessoris absit?

90

Quandonam urgeat communicandi necessitas?

DISCOBAR
Theob. Moral.
Tom. III. IV.
E. IV.

91

Debes te conteri de peccato commissio.

92

Sacerdos non statuit sess. 13. c. 7. Sacerdotem conscius peccati mortalis, qui ob necessitatem urgentem, non præmissa confessione celebrat, obligatum esse, quamprimum potest, confiteri.

86

Atte communi de peccato mortali, qui ad peccatum mortali non obligat.

87

Peccatum mortali, qui ad peccatum mortali non obligat.

88

Peccatum mortali, qui ad peccatum mortali non obligat.

CAPVT VIII.

De externa suscepturi Eucharistiam dispositione.

93

Immunditia
corporis com-
munionem
non impe-
dit.



IMMUNDITIA corporis commu-
nionem per se & necessario non im-
pedit. Quia spiritualis cibus solam
animi puritatem requirit. Si facile
autem ab ea te potes impunitate expedire, saltem
delinques leuiter, si corporee non das operam puri-
tati. At si in tua potestate non sit, ab ea te immu-
dicia expedire, quia lepra infectus, quia morbo
affectus habitualis, quia menstru pateris, non ideo
à sacra debes communione abstinere.

94

Quandoam
Pollutio im-
pedit, quan-
do non?

Attamen Pollutio potest communione impe-
dire. Nam si voluntaria fuit, impedit quoque
poenitentiam agas. Et idem dixerim de fornicatione,
& quolibet lethali piaculo. Consultus qui-
dem est, in aliam diem differre communionem,
nisi aliqua specialis causa communicandi accu-
rat. Quia carnis voluptas non leuiter mentem
obturat, ac impedit deuotionem. Valsq. 9. 80. a. 7.
Laym. l. 5. ar. 4. c. 6. q. 5. Suar. d. 68. sect. 2. At verò
si Pollutio ex abundantia feminis, vel ex alia cau-
sa naturali accidit, non impedit ea die commu-
nionem. Quia saepe operā demonis excitatur, ut
tanto conuiuium pollutum auertat. Verum si ex
pollutione inculpabili ista commotio carnis in-
surgat, quae animo ingerat perturbationem, satius
erit ea die à communione abstinere, nisi aliqua
causa specialis communicandi urgeat. D. Th. 3. p.
q. 80. a. 7. Coninch ibi n. 82. Suar. d. 68. sect. 2.

95

Quid de co-
pula coniu-
gali dicendum.

Si copula coniugalī ob voluntatē potius, quam
ob gignendos filios, aut carnis tentamina sedan-
da habita est cum communicandi intentione: sim-
pliciter communionem non impedit, quia pec-
catum mortale non est: impedit tamen ex qua-
dam decentia. Quia indecens est inire sacer-
dotum conuiuium, qui carnis indulsit voluptati
quo tempore dare operam cordis compunctioni
deberet. Porro si ex fine legitimo, & ea modera-
tione, qua par est, copula coniugalī geritur: haud
impedit communionem. Quia est actus virtutis.
Tamen si ex illa prauus affectus, animique vaga-
tio resulter, diligenter sedanda, ne fructum sacri
epuli impediant. Haud dubium expediens esse
coniugibus nocte communioni proximā à debiti
petitione abstinere in reuerentiam Sacramenti,
ut pradi affectus praescindatur occasio. At à de-
biti serid periti redditione non est abstinendum.
Quia contra iusticiam delinqueret coniux. Si
frequenter comunicas, nempe singulis Domi-
nicis diebus simplici petitione ne oblitus. Si men-
sibus solum singulis, poteris petentem commone-
re, rogareque, ut à petitione desistat ob Sacramenti
reuerentiam. Quod si ipse aegre ferat, annue, &
quā maiori reuerentia quieris, ad sacram te
prepara communionem. Sanch. lib. 9. de Matr.
d. 23. Suar. d. 68. sect. 2. Laym. lib. 5. ar. 4. c. 6. q. 5.

96

Solum ieiunium
ex parte cor-
poris requiri-
tur.

Nulla alia dispositio ex parte corporis est per
requisita ad Eucharistiae sumptionem praeter
eiectiam cibi, & potus. Quia consuetudine Ec-
clesiae stabilitum, Sacramentum hoc à ieiunio ne-
cessario esse suscipiendum, siue Sacerdos celebret,
siue Sacerdos aut laicus communicet. Sic expli-
cant Concilium Carthag. Afric. Brachar. ac Tolet.
Suar. d. 68. sect. 3. Valsq. 9. 80. d. 212. Valent. tom. 4.

d. 6. q. 8. pun. 3. Rationem huius inuolabilis con-
suetudinis Concilium Maticonenf. 2. can. 6. affi-
gnauit, ne scilicet terrenus cibus caelesti, & spi-
rituali praeponeatur.

Ieiunium hoc debet esse perfectum naturale
minimi cibi, ac potus minimam vitalem sumptio-
nem excludens. Vnde perexigua quantitas pra-
cepti grauitatem non minuit. Quia non ex leui-
tate cibi grauitas praepcepti defumatur, sed ex eo
quod communio fiat violato naturali ieiunio,
quod minimā quantitate aequē ac magna laedi-
tur. cap. ex parte, de celebr. Missa. Valsq. d. 211. c. 3.
n. 28. Suar. d. 68. sect. 4. Coninch q. 80. a. 8. n. 46.

Aequē laeditur hoc naturale ieiunium, si cibus
ad medicamen assumatur. Quia quocunque mo-
do fuerit sumptus vitaliter naturale ieiunium de-
struit. Bonac. d. 4. q. 6. pun. 2. n. 6. & omnes Doct.

Porro inde non fit, hoc ieiunium violari ex tra-
iectione saluiae vel sanguinis ex maxillis, aut ex
capite defluentis. Quia non est alicuius rei à co-
medente extrinseca traiectione. Laym. l. 5. ar. 4. c. 6. n.
18. Bonac. d. 4. q. 6. pun. 2. n. 6. Suar. d. 68. sect. 4. Imò
deglutiens casu parum aquae, & vini saluiae im-
mixtum cum os abluatur, vel parum liquoris cum
conditus cibus deglutatur, à communione non
impeditur. Quia non traiectione tanquam cibus &
potus, sed tanquam saluiae, cui est immixtus. Secus
dixerim, si quis ex proposito hoc gereret. Conin-
ch. 80. a. 1. n. 8. Valsq. d. 211. c. 3. num. 29. Suar.
d. 68. sect. 4.

Frustrulae caenae praecedentes casu dentibus ad-
haerentes, etiam si ex proposito degluciantur, non
impediunt communionem. Quia illarum sumptio
non est moraliter distincta à Caena praecedenti.
Henr. l. 8. c. 49. Suar. d. 68. sect. 4. Coninch q. 80. a. 8.

Saccarum ori imponis praecedenti nocte, ut
paulatim liquefactum raucedine liniat, qua fau-
ces afficiuntur: impedit planē communionem, si
aliqua eius particula post mediam noctem traie-
ciatur. Quia illius traiectione ad traiectiones pra-
ecedentes non potest reduci, cum ex intentione
fumentis aequē singulae traiectiones respiciantur,
velitque saecari sumptionem durare quoque
sit absumptum. Coninch q. 80. a. 8. n. 49.

Postquam sumperis Eucharistiam, nullum est
ieiunandi praepceptum, sed illico potes fumere ci-
bum. Quia licet textus in cap. tribus gradibus de
consecrat. dist. 2. praecipiat sumpta mane Eucharis-
tiae, seruari ieiunium vsque ad horam sextam: &
sumpta hora tertia, vel quarta, seruari vsque ad
vesperam: consuetudine praepceptum illud est ab-
rogatum. Valsq. d. 211. c. 1. n. 10. Suar. d. 68. sect. 4.
Laym. l. 5. ar. 4. c. 6. Tamen est decens, à cibo ab-
stinere, quoque credantur species Sacramenta-
les esse absumptas, ne cibus caelestis materiali
misceatur. Sicut oportet, ne statim post Eucharis-
tiam sumptam expuas, praecipue si spatium è pe-
ctore profluat. Quod si coactus necessitate id ges-
seris praestat fieri in linteis, vel in loco à concul-
catione remoto. Quia ineffabilis etiam reueren-
tia tanto cibo debetur. Henr. lib. 8. c. 49. Sotus
dist. 12. q. 1. a. 8. Bonac. d. 4. q. 6. pun. 2.

Si probabilis timor adsit de periculo mortis, &
commodè Eucharistiam fumere ieiunius non pos-
sit, sume post cibum, aut medicamentum. Quia
diuinum praepceptum de fumenda Eucharistia,
quo satis probabile est, eo tempore vrgere pra-
ponendum est Ecclesiastico de seruando ieiunio
ante communionem. Neque pietatem Ecclesiae
deceret suo praepcepto fideles tanto bono priuare
causa necessitate constitutos. De huiusmodi ne-
cessitate

Seccio I. De Euchar. Recept. Sententia. 41

cessitate indicare, Medicorum iudicio relinquatur. Suar. d. 68. f. 5. Coninch q. 80. a. 8. n. 5. 1.

104
Et cum pro
habetur
causam.

Quod dictum est de periculo mortis naturalis, dixerim etiam de violenta. Si enim Eucharistiam sumere ieiunus non vales, quia Iudex non permittit executionem sententiae tibi non ieiuno intimatam in alium diem differri: poteris eodem die Eucharistiam sumere. Quia necessitas huius viatici ad caelestem vitam eadem, ac forte maior existit. Vasq. d. 21. c. 4. Laym. l. 5. tr. 4. c. 6. q. 6. n. 20. Sa. V. Euchar. n. 2. Suar. d. 68. f. 5.

105
Et cum pro
habetur
causam.

Cum probabilis timor periculi alicuius imminens irreuerentiae, vel quia Sacramentum in manus infidelium est aduenturum, vel ab igne absumendum, vel ab aliquo alio irreuerenter tractandum: poterit non solum Sacerdos, sed, eo deficiente, laicus non ieiunus sibi propriis manibus ministrare. Quia quod in reuerentiam Sacramenti est statum, non debet in maiorem ipsius irreuerentiam cedere. Fag. de Euchar. l. 3. c. 5. Suar. d. 68. f. 5. Coninch q. 80. a. 8. Vasq. d. 21. c. 5. n. 57.

106
Et cum pro
habetur
causam.

Cum post peractum sacrificium, & ablutionem sumptam, in Corporali aut Patena aliquam particulam reperis consecratam, illam potes absumere etiam si grandisculi sit. Quia ad idem sacrificium illa sumptio pertinet. Suar. d. 68. f. 6. Henriq. lib. 8. cap. 50. n. 2. Laym. lib. 5. tract. 4. q. 6. Coninch q. 80. a. 8. n. 65.

107
Et cum pro
habetur
causam.

Si per inaduerentiam loco vini aquam infuderis, illamque sumperis: si facta consecratione, recordaris, te non esse ieiunum: debes non ieiunus communicare, ne sacrificium imperfectum relinquatur. Lex enim conficiendi sacrificium perfectum, legi de praemittendo ieiunio praeualet. Ob eandem rationem si Sacerdos facta consecratione absumere hostiam non potest, vel quia sensibus destitutus est, vel quia decessit, debet alius non ieiunus, si ieiunus non facile adduci possit, communicare. Vasq. d. 21. c. 5. n. 57. Laym. lib. 5. tract. 4. c. 6. Coninch q. 80. a. 8.

108
Et cum pro
habetur
causam.

Si grauis nota Sacerdoti imminet, nisi non ieiunus celebret, ut si incepta Missa recorderetur, velique ab altari recedere, populus tamen, etiam causa manifestata, non acquiescit, quinimo aliquod malum suspicatur, & scandalo afficitur: potest Sacerdos non ieiunus celebrare. Quia praeccepta Ecclesiae eo rigore non obligant. Vasq. d. 21. c. 5. n. 57. Suar. d. 68. f. 6. Bonac. d. 4. q. 6. punct. 2. n. 14.

109
Et cum pro
habetur
causam.

Cum hostia haeret labro Calicis, nec facile digitis dimoueri potest, & sumi: vinum infundere, & simul cum illo absumere expedit. Quia in his casibus violatio ieiunij morale communionem praecessisse non censetur. Coninch q. 80. a. 8. n. 67. & mox dati Doctores.

CAPVT IX.

De Eucharistiae Effectibus.

110
Et cum pro
habetur
causam.

PRIMARIUS Eucharistiae effectus est gratiae augmentum, quod conferretur Domini in gratia recipienti. Quia si reliqua Sacramenta nouae legis non ponentibus obicem conferunt gratiam: omnium praestantissimum abundantiorum exhibebit. cap. Firmiter, de fide cathol. cap. sum. Marius de celebr. Missae. Trident. sess. 13. c. 2.

111
Et cum pro
habetur
causam.

Hunc effectum communicat Eucharistia, cum primum Sacramentum ex ore ad stomachum traicitur. Quia in huiusmodi traiectione manduca-

tio consistit, & manducanti gratia a Christo promissa est. Io. 6. Qui manducat me, viuet propter me.

Dum autem Sacramentum in stomacho perseverat, non auget gratiam ex opere operato (iuxta veriorum sententiam, quam sess. 2. expendam) licet dispositio actualis increseat. Quia Christus gratiam promisit ipsum manducanti: non ipsum manducas, cum in stomacho retines, sed cum ex ore in stomachum traicis. Et quia sequeretur verius tibi esse grandiori hostia hoc Sacramentum recipere: erit enim occasio, ut aucta dispositione non solum ex opere operantis, sed ex opere operato gratia augeatur; quae tamen non augetur, si in minimam quantitatem hoc Sacramentum recipies. Et quia sequeretur, te peccatum mortaliter eo tempore, quo verosimiliter credis, Christum in stomacho assistere: speciale peccatum sacrilegij committere, sicut si in mortali recepisses; obicem enim ponis Sacramento, ne suum operetur effectum. Castro Pal. tom. 4. tr. 21. punct. 9. §. 2. n. 10.

Effectus gratiae, qui communicari debebat suscipienti Eucharistiam, nec tamen communicatur ob indispositionem, sublata indispositione, consumptis speciebus, non communicatur, sicut vidimus communicari suscipienti Baptismum, vel penitentiam indebitam, sublata indispositione. Quia nulum inuenio firmum fundamentum, unde colligere possim huiusmodi abundantem communicationem, quae quidem non est necessaria, cum iterari saepius possit hoc Sacramentum, & illius debita susceptione fructus amissus reparari, quod in Baptismo ac Penitentia non procedit. Coninch q. 62. a. 1. dub. 5. n. 78. Suar. d. 63. f. 10. Henriq. lib. 1. c. 25. n. 7. lit. T.

Verum praeter augmentum gratiae habitualis, alij effectus ex Eucharistia profluunt. Nam mediis auxiliis a Deo ob eius debitam sumptionem acceptis, antidotum, eam experimur, quo a mortalibus praeseruamur. Trid. sess. 21. c. 2. Quenam, ais, auxilia ex vi huius Sacramenti debite suscipienti conceduntur? Certe sufficientia abundantiora, quam Eucharistia non accepta, concederentur: & saepe iuxta diuinum placitum efficacia. Saepem inquam, non semper, aliis ritibus communicans delinquere mortaliter non posset, & in gratia confirmaretur.

Peccata venialia remittit, quorum non habes complacentiam. Quia licet nullum peccatum remittatur absque illius detestatione saltem virtutis: ipso quo vis Eucharistiam suscipere, xis charitatem augere, & intimius Christo coniungi, & haec voluntas est quaedam peccatorum venialium virtualis detestatio; quae licet ex se non sufficiat ad venialium remissionem, medio tamen Sacramento suscepto sufficit. D. Th. q. 79. a. 4. Coninch ibi. n. 54. & 55. Bonac. d. 4. q. 3. punct. 6. §. 3.

Remittit penam temporalem pro peccatis debitam, non directam & immediatam, sed indirectam & mediatam: tum excitando actus charitatis, quibus satisfacimus, tum remittendo venialia, & consequenter aliquam penam eis debitam. D. Thom. q. 79. art. 5. quem omnes sequuntur.

Speciali suauitate animam recreat, iuxta illud, Pinguis panis eius, & praebebit delicias. Vnde in Clement. de reliquiis, & venerat. sancti. Pontifex, in hoc Sacramento omne delectamentum esse, & omnis saporis suauitatem, ipsamque dulcedinem Domini degustari. Consistit autem haec suauitas, ac spiritualis dulcedo praecipue in quadam animi promptitudine ad quascunque res diuini obsequij hilari animo peragens.

D. 3

Specia

neat, cum pri-
mum ad sto-
machum ex
ore traiecitur.

112

Dum in sto-
macho perse-
uerat, gratia
non auget.

113

Sublata dispositio-
ne, effectus
gratiae qui
communica-
ri digno debe-
bat, non com-
municatur.

114

Eucharistia
antidoto ad
peccatis pra-
seruatur.

115

Peccata ven-
ialia Eucha-
ristia remis-
sit.

116

Et tempora-
lem penam
pro peccatis
debitam.

117

Speciali sua-
uitate ani-
mam re-
st.

ELSCOBAR
Theos Mor
Tom III. IV
E. IV

118

Specialissimam
cum Christo
ac fidei per-
agit omni-
nem.

Specialissimam cum Christo & fidei peragit unionem. Ioan. 6. *In me manet, & ego in illo.* Con- sistit autem haec unio non solum in gratia habi- tuali: remissione venialium, & praeuentione à mortalibus vi Sacramenti concessis: sed praecipue in vinculo charitatis, & mutuâ beneuolentiâ, qua Christus hominem suo corpore ac sanguine sa- ginatum prosequitur: & homo ipsum Christum, reliquosque fideles de eodem corpore ac sangui- ne Dominico participantes.

119

Fomitem con-
cupiscentia
moderatur.

Fomitem concupiscentiae moderari quis du- bitet? Quia hoc Sacramentum est institutum ad praeferuandum. suscipientes à peccatis mortali- bus: at huius praeferuationis medium est, ardorem concupiscentiae mitigare. Non autem id pro om- nibus conceditur occasionibus, sed iuxta Domi- ni beneplacitum, ne cogamur affirmare, semel suscipientem dignè Eucharistiam, nulla carnis posse pari tentamina; & quia hic effectus saepe

impeditur ob aliquod peccatum postea commis- sum, aut ob aliquam irreuerentiam Sacramento factam. Suar. d. 64. §. 1. Con. q. 79. a. 8. dub. vn. n. 62.

Promittitur denique accipientibus dignè Eu- charistiam resurrectio, ac vita aeterna. Profecto li- cèt hi effectus sint omnibus decedentibus in gra- tiâ promissi, specialiter communicantibus pro- mittuntur, vtpotè, qui sunt Christi per commu- nionem specialia membra. Omnibus igitur rite communicantibus, & in gratia decedentibus con- cedetur resurrectio & vita aeterna non solum ob gratiam habitalem, in qua decessere, sed etiam ob Eucharistiam dignè susceptam: idè què re- surrectio, ac vita aeterna effectus est tum gratia habitualis, tum Sacramenti. Suar. d. 64. sect. 2. Co- ninch q. 79. art. 8. dub. vn. Plura ex praefatis sen- tentiis, quas interreceptores à cunctis Docto- ribus annuero, speciali Problemate discuti- entur.

120

Dignè com-
municantibus
per resur-
rectionem ad
viam aet-
ernam.

SECTIO SECVNDA.

De Eucharistiâ Sacramento Problemata.

CAPVT X.

Circa Eucharistiae Sacramenti Naturam.

PROBL. I.

De necessitate Sacrificij est, & non est Pa-
nis simul, ac Vini Consecratio.

121

Suppono, du-
plicem esse ne-
cessitatem, Sa-
cramenti, &
praecepti.



UPPLICEM esse necessitatem, vnam Sacramenti, vel Sacrificij, qua sic ali- quid exigitur, vt eo praetermisso vali- de non fiat Sacramentum, vel Sacrifi- cium; alteram praecepti, qua sic aliquid petitur, vt eo omisso Sacramentum aut sacrificium vali- de, sed non licitè conficiatur, suppono. Certè de necessitate Sacramenti, aut sacrificij non est, con- secratio simul vtramque materiam Panis & Vini. Quia verba consecrationis Panis statim habent suum effectum ante Vini consecrationem. An verò de necessitate sacrificij sit, Panis ac Vini consecratio ambigitur.

122

De necessitate
Sacrificij est.

Vtrumque materiae consecratio non pertinet ad essentiam sacrificij, sed ad eius integritatem, cum sacrificium Christi cruentum possit per al- teram tantum speciem representari. Quia hoc ipso, quod solus Panis, aut solum Vinum conse- cretur, ex vi verborum fit corpus exangue, vel Sanguis vt separatus corpore, vnde per singulas consecrationes mors Christi indicatur: quamvis per vtramque expressius representetur. Sic Nu- gnus 3. p. q. 83. art. 1. concl. 4. Bonac. d. 4. quest. ult. punct. 2. num. 7. Henriq. lib. 9. cap. 9. n. 10. Cassali. lib. 2. de sacrific. cap. 2. §.

123

De necessitate
Sacrificij est.

Vtrumque materiae consecratio pertinet ad sacrificij necessitatem essentiali. Quia consecratio

habet rationem incurrenti sacrificij sub ratione mysticae maculationis, quatenus ex vi verborum

Corpus & sanguis Sacramentaliter separantur. At id non fit nisi per vtrumque speciei consecra- tionem, quae separationem exprimit Corporis ac Sanguinis, & ita representat expressè sacrifi- cium cruentum. Ergo consecratio vtrumque materiae simul constituit essentialiter rationem incurrenti sacrificij, quod expressè sacrificium cruentum representet. Ita Fagund. praecept. 1. lib. 3. cap. 5. num. 4. Valq. d. 2. 2. 3. c. 3. 4. & 5. Suar. d. 75. sect. 6. Coninch quest. 74. num. 3. Merati. de Euchar. d. 36. sect. 7.

Hoc probabilius puto quoad significationem mysticam, nam quoad significationem mora- lem quaelibet species habet essentialiter sacrifi- cij rationem, quamvis partialem. Verum circa praesentem institutionem non potest offerri Mis- sae sacrificium, quin habeat vtramque signi- ficationem, nempe mysticam, & morale simul. Lege Auerlam de Eucharist. quest. 11. sect. 5.

124

Hoc quoad si-
gnificationem
mysticam pro-
babilius reor.

PROBL. II.

Panem & Vinum simul consecrari, est, &
non est praeceptum diuinum.

Præceptum diuinum non est, sed humanum, & Canonicum. Quia licet integritas Sacra- menti, vel sacrificij requirat vtramque materiam, essentia tamen Sacramenti saluatur in qualibet, & etiam sacrificij essentiali, iuxta probabilem praefatam Problemate proximo sententiam. Imò quatenus sacrificium essentialiter vtramque re- quirat, non tamen constat præceptum diuinum sacrificandi, quoties hoc Sacramentum confici- tur. Sic Maior. in 4. dist. 9. quest. 3. ad 5. Palati. dist. 11. d. 3. Angel. & Tabignà V. Eucharistia 1. n. 20. Antonin. 3. p. tit. 1. §. 6. §. 2.

125

Præceptum
diuinum non

Non